



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ignatii Loiolae Vita

Maffei, Giovanni Pietro

Antverpiae, 1605

Confirmatur à Pontifice maximo Societas. Cap. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11486

civitatis admirumratione perductus . ac vere demum in eunte, frumenta partim ab iis qui suppresserant, sponte prolata; partim à magistratibus aliunde coniecta sunt . Ea re non mediocriter anno laxavit; grauique perfuncta periculo plebs, Deo adjuvate, ad solitos quæstus & opifia rediit.

CONFIRMATVR A PONTIFICE MAXI-
MO SOCIEtas.

CAPVT XII.

In terea, cùm ad Ignatium studio religionis aliqui subinde se adjungerent; nequaquam immemor ille, quod ad Societatem confirmandam attinebat, negotii paulo antè suscepit; quid à publicis occupationibus otii datum est, in eam ipsam rem diligentissime contulit . ac primum totius instituti formulam (fusius postea explicandam) ad certa capita dilucidè redigit ac breuiter. deinde nactus opportunitatem, quod Pontificem maximus per autumni ferias è turba negotiisq; Tibur fese recuperat, eam formulam auctoritate Apostolica sanciendam eidem Pontifici suppliciter obtulit per Gasparem Contarenum Cardinalem, de quo supra dictum est, ob egregiam virtutem sapientiamque Principi in primis acceptum, nostrique ordinis amicissimum. quia ille vbi perlegit; confessim: Spiritus, inquit, Dei est hic, ac multa præterea in eam sententiam adjunxit; quare consideret recetem huiusce manipuli ardorem, tali tempore diuinitus excitatum, afflictis Ecclesiæ rebus non leui tum præsidio tum ornamento saturum. Verumtamen, vt in tanta re ne minus consulte quidpiam statuisse videretur, totum negotium delegavit tribus viris è sacro Collegio Cardinalium, apud quos minimum loci fore putauit gratia. In iis fuit Bartolemæus Guidicionius Lucensis, vir divini humanique iuris apprime peritus, idemque nostrorum religionum adeò non amicus, vt de iis ad certum nunquatum redigendis librum etiam conscripsisse dicatur. Is, præjudicata iam cœla, collegas nequaquam propensos in Ignatium facile in siam sententiam adduxit, certamque propemodum consecutamque rem consilio & auctoritate sua pæne discussit. Quod vbi sensit Ignatius, parum præsidii ratus in hominibus esse, ad opem diuinam de more configit, ac præter ieunia, supplicationes, cæteraque ad numen propriandum adhiberi solita, cælestes insuper hostias cotantum nomine per se & per amicos immolauit ad tria millia.

qua
pri
titu
ret,
mon
qui
stra
legi
vit
nim
ste
tum
Ea
qui
ran
ille
luctu
plor
in di
posit
cuer
tem
mon
Cesa
missu
Iaius
badil
versa
dede
rum
le arr



LIBER SECUNDVS.

55

qua procuratione, intra finem anni vertentis, cùm cæterorū cum
principiū Guidicionii ita immutata voluntas est, ut cùm de mul-
titudine religionum cohibenda idem quod antea omnino senti-
eret, huic tamen refragari se vlt̄a negaret posse, diuino videlicet
monitu & occulta spiritus operatione vehementer instinctus. Ita
qui diu valde anxious habuerat Patres, eorumque spem variis fru-
strationibus propemodum extinxerat, idem vna cum cæteris col-
legis repente placatus ac fauens, rem vltro suscepit, commenda-
uitque Pontifici, Tibure denuo commoranti; qui libentissimo a-
nimō & Societatem ipsam & Societati inditū nōmen ritē san-
cteque approbavit V. Non. Octobris, anno MDXL. idque testa-
rum voluit esse publicis litteris eodem die locoq[ue] datis, cum eo
tamen, vt in vniuersum socii ne plures sexaginta numerarentur.
Ea videlicet fuit nouellæ Societatis quædam quasi probatio. si
quidem triennio p[re]st, cùm variis locis atq[ue] prouinciis Deo aspi-
rante constaret egregius opere fructus; ab eodem Pontifice limes
ille omnino sublatus est, liberūmque Ignatio & successoribus re-
licitum, cuilibet petenti Societatem dare. quod item appetet di-
plomate dato pridie Idus Martias, anno M. D. XLIII.

PRÆPOSITVS GENERALIS CREA.

TVR IGNATIVS.

CAPVT XIII.

IGTVR post multas difficultates approbata denique Socie-
tate; gratiæ primū (vt æquum erat) actæ superis, quorum
benignitate res bene feliciterque vertifset; deinde, quoniam
in dies à P[re]fifice emissio Patribus imminebat; è suo corpore Præ-
positum Generalem (sic enim qui cunctis præcesset appellate pla-
cuerat) primo quoque tempore deligere visum est. Societatis au-
tem status per id tempus erat eiusmodi, Franciscus Xauerius & Si-
mon Roterigius in Lusitaniam erant profecti. Petrum Fabrum
Cæsaris legatus Ortizius ad Vormatiensem cōuentū Pontificis per-
missu in Germaniā adduxerat. Iacobus Laines Parmæ, Claudius
Iaius Brixiae, Senis Paschasius agebant. In Brutios Nicolaus Bo-
badilla discesserat. Cum Ignatio Romæ duo dumtaxat è Patribus
versabantur, Salmeron & Codurius: tyrones vero qui nomen
dederant Societati, partim apud Ignatum erant, partim studio-
rum causa ab eodem Parisios missi, necessaria ad bellum spiritua-
le arma caixè parabant. quidam etiam ad res domesticas compo-
nendas

E S

nendas